

ria, donec provincia ad easdem parochias iterum proprios religiosos designare potuerit, sicut de facto videmus multos casus, ubi sacerdotes saeculares pluribus decenniis administrabant aliquas ex parochiis et postea provincia denuo ipsas recepit ibique designavit suum sacerdotem regularem. Parochia Gala a sacerdotibus saecularibus administrata fuit ab a. 1830—1893, et deinde a religiosis provinciae; parochia Bajagić ab a. 1810—1873, et deinde a religiosos provinciae; parochia Grab ab a. 1838—1881, et deinde a regularibus; parochia Turjaci ab a. 1836—1849, deinde a religiosis provinciae, ac iterum a presbyteris saecularibus administrata ab a. 1851—1864, et deinde denuo a religiosis; parochia Blizna ab a. 1873—1898, deinde a religiosis, ac denuo ab a. 1903—1912 a presbyteris saecularibus, et tertio ab a. 1936—1938, a quo quidem anno provincia eam suo religioso· providet; parochia Bristivica ab a. 1838—1844, deinde ab a. 1878—1898, ac iterum ab a. 1903—1912 a sacerdotibus saecularibus fuit administrata et provincia hoc anno suo jure praesentandi proprium religiosum uti coepit; parochia Prgomet ab a. 1922—1938 a presbyteris saecularibus et deinde a religiosis administratur; parochia Prugovo anno 1758 administrata a sacerdote saeculari, deinde annis 1793—1795, 1815—1883, quo anno deinde a religiosis provinciae; parochia Tučepi ab a. 1859—1861 a saecularibus sacerdotibus et deinde a religiosis administrata; parochia Slivno ab a. 1852—1857 a presbyteris saecularibus et deinde a religiosis administrata; parochia Drašnice annis 1855—1861, 1862—1891 bis administrata a sacerdotibus saecularibus et bis a religiosis usque hodie; similiter parochia Igrane ab a. 1859—1864, deinde 1869—1892 administrata fuit et deinde a religiosis

---

conventus de Zaostrog: »Decreto sub eodem die et numero reverendis administratoribus paroecialibus Opuzen et Pasičina (sacerdotibus saecularibus) praecipitur, ut a die adventus in paroecias isti conventui tribuere debeant illam partem ex praestationibus fidelium, quam prius sacerdotes religiosi, dum in iisdem paroeciis inserviebant, tribuere solebant. Quoad alias vero parochias ad istum conventum pertinentes, a sacerdotibus tamen saecularibus administratas, faveatis certiores nos reddere, qui ex ipsis dictam partem praestationum mittere omitant, ut deinde subscriptus de hac re ipsis quoque in respectivo sensu praecipiatur. Arch. con. Zaostrog, Spisi a. 1885.